



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors**

**Cabilliau, Baudouin**

**Lovany, 1642**

Imago 14. Lucerna lucens & ardens.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70001)



Ioannes errantes securum ad poeniten-  
tiae portum aduocat.

Imago 14.

*Lucerna lucens & ardens.*

1. Manna depluit in
2. Insulam desertam in medio mari, vbi
3. Pharos in monte, in quo inclusa
4. Lucerna globo crystallino.
5. Portus capax & incuruus, quem
6. Genij elati cingunt, manusque tendunt.
7. Naues lacera e media
8. Tempestate appellunt.
1. Anima coeleste pabulum defluit in
2. Desertum in quo agit Ioannes ad aquas.
3. Virtutis fama homines aduocans conspicua om-  
nibus
4. Amor ardens & amoris exemplum.
5. Securitas in deserto procul ab hominum com-  
mercio
6. Angeli poenitentibus manus tendunt.
7. Poenitentes se recipiunt pio dolore sancij e
8. Peccatorum periculo.

*Horatianum.*

**V**entosâ anhelans murmura buccinâ  
Triton minaces excitat Africos  
Exsultat vndabunda sauos  
Ira maris glomerans fragores.

E. liij

Virtus.



Vtrumque mundi nox oculum suis  
 Nimbis procellisque obruit anxium  
 Nec lux superstes fluctuoso  
 Sollicitæ ratis ir timori.  
 Malus proteruo saucius Æolo  
 Heu! luctuosas increpitat minas  
 Altæ ruinæ. Vbique remi  
 Diffugiunt laceri pes vndas.  
 Spes ecqua tandem sollicitæ super  
 Puppi sub atra mortis imagine?  
 Caliginosis ecce nimbis  
 Præradiat Pharos, anne sidus?  
 Qua curua fido brachia littore  
 Tellus caducis obuia nauibus  
 Ostendit hospitoque quassas  
 Excipit in gremio carinas.  
 Lux noctiluca en æmula Cynthia  
 Cæcas ad vndas nocte sub anxiâ  
 Præluces, ac Pharos coruscis  
 Iugé micans tenebris inardet.

### N O T Æ.

1. Manna. Panis Angelorum operâ in aère elabo-  
 ratus, qui omnem induebat saporis gratiam, si quis pu-  
 rus omni vitio, & conscientia amaritudine eum degustas-  
 set. Certe eius suauitatem, & delicias cœlestes nemo  
 explicet, nisi qui gustarit. Ideo Hebraeus Rex Gusta-  
 te & videte, quam suavis sit Dominus. Præsertim  
 in ipso pœnitentia (esto amarulentum videatur) studio  
 ubi cum hoc pane cœlitus demisso etiam & lacryma  
 pœnitentia sunt vinum Angelorum.

2. Insalâ, id est deserto, quod erat ad mare ru-  
 brum, nempe in salutis asylo, ubi rara, vel nulla e  
 consortio contagia,

3. Pharos



3. Pharos. *Vita Sanctorum exposita uti Pharos quò caliginosa in nocte errorum qui periclitantur de salutis suæ naufragio, se recipiant in portum gratiæ. Ut fiduciam sperandæ veniæ adsequantur. Certè Sanctorum vita, uti eam depingit Nyssenus in vita Gregorij Thaumaturgi. Pharo quam simillima elucet, quorum clarissima exempla, & rerum gestarum gloria errantes ad pœnitentiæ studium inuitat. Ut in tuto suam collocent salutem.*

4. Tempestate. *Quid mare nisi præsens seculum designat quod se casuum tumultibus, & undis vitæ corruptibilis illidit. Greg. 24. in Euang.*

Ioannes lucerna ardens & lucens ad  
aquas ubi capit homines, & ad  
pœnitentiã vocat.

Imago 15.

## Nox incubat atra fluentis.

1. Nox in quâ
  2. Nubes atra in quibus
  3. Varia monstra supra
  4. Stagnum rotundum
  5. Lucerna ardens affulget; ad quam
  6. Pisces stellati inter
  7. Retia sparsa ad ripam adnatant, quibus
  8. Capi gestiunt, & ludibundi casses subeunt.
1. Legis antiquæ umbra.
  2. Errores impiorum.

E iij

9. Vitia